



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

V. Die Markgrafen Otto und Conrad verkaufen dem Kloster Marienpforte das Eigenthum von 2 Hufen und 2 Morgen in Claushagen, am 15. August 1286.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

centis talentis denariorum brandenburg. cum omni iuris integritate vendidimus perpetuis temporibus pacifice possidendos, ita quod eosdem manfos ultra mensuracionem eorum nunc factam in posterum non debeamus facere dimetiri, renunciantes simpliciter iuri nostro, quod hactenus habuimus in eisdem. Igitur, ut hec nostra vendicio, que rationabiliter per nos dinoscitur esse facta, a nobis et a nostris heredibus perpetuo maneat inconvulsa, presentes litteras in evidens testimonium desuper conscribi iussimus et sigillorum nostrorum appensionibus roborari. Testibus qui presentibus aderant subnotatis Friderico de Eckstede, Reinhero de Benez, Wernero de Swanenberge, Burchardo de Cocstede, Ottone de Ellinge, Ottone de Bellinge, Buffone de Bellinge, Johanne et Bertrammo, fratribus de Sparrenwalde, rofone de Bellin, Droysekino, Gerhardo de Bellinge, nostris militibus, et aliis quamplurimis fide dignis. Datum anno domini M^o. CC^o. LXXXV^o., in vigilia sancti laurencii martiris, per manum Bernardi, curie nostre notarii.

V. Die Markgrafen Otto und Conrad verkaufen dem Kloster Marienpforte das Eigenthum von 2 Hufen und 2 Morgen in Clausshagen, am 15. August 1286.

Otto et Conradus, Dei gracia Marchiones Brandenburgenses, omnibus in perpetuum. Styli cavere solemus officio, ne ea, que a nobis geruntur rationabiliter aut gesta sunt, volubilitate temporis immutari valeant aut eciam retractari. Eapropter cum manifesta recognitione ac protestatione ad univerforum noticiam deducimus per presentes, quod conventui dilectarum nobis in Christo sanctimonialium in Boyeenborch duos manfos et duo jugera in fine campi Claweshagen sitos prope stagnum, Tytzen dictum, funditus et illorum proprietatem cum univervis utilitatibus, videlicet lignis crescentibus et iacentibus, quemadmodum manfurati sunt, pro sexaginta octo talentis denariorum brandenburgensium, cum omni iuris integritate vendidimus perpetuis temporibus pacifice possidendos, ita quod eosdem manfos ultra mensuracionem eorum nunc factam, in posterum non debeamus facere dimetiri, renunciantes simpliciter iuri nostro, quod hactenus habuimus in eisdem. Igitur ut hec nostra vendicio, que rationabiliter per nos dinoscitur esse facta, a nobis et a nostris heredibus perpetuo maneat in convulsa, presentes litteras in evidens testimonium desuper conscribi iussimus et sigillorum nostrorum appensionibus communiri, testibus qui presentibus aderant subnotatis, ut Friderico de Eckstede, Reinhero de Benez, Wernero de Swanenberge, Burcardo de Cocstede, Ottone de Ellinge, Johanne et Bertrammo, fratribus de Sparrenwolde, Rofone de Bellin, Droysekino, Gerhardo de Ellinge, militibus, Johanne de Blumenow, Advocato nostro, Henrico, Venatore, Ernefto de Kolene, Voffhardo, Hennekino de Arnim et aliis quam plurimis fide dignis. Datum anno Domini MCCLXXXVI, in die beati Arnulphi Episcopi et confessoris, per manum Bernardi, nostre curie Notarii.